Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ibi quoque et mores a recto destituisse non erit dubi-
um. Idem de moribus. Turpia ne dixeris. paula-
tim enim pudor rerum per verba dediscitur.
Maximianus
Contractata diu crimina crimen habent.
Autor libri de formula honeste vite. ca. ii. a verbis
turpibus abstinere, quia licentia eorum inprudentiam
nutrit.
Autor libri qui dicitur facetus. ca. ii.
Maxima rusticitas est turpia verba loqui.
Isidorus soliloquiorum libro ii. ca. xxxi. Facile a-
gitur quod libenter auditur.
Montanarius in luna clericorum. ca. xvi.
Turpia sinceros corrumpunt famina mores

De locutione et auditione honestarum actionum et placabili locutione. ca. xii.

Salomon in proverbiis. ca. xv. Responsio mollis frangit
iram. Sermo durus suscitat furorem. lingua
placabilis lignum vite. Idem xvi. ca. Qui sapi-
ens corde est appellabitur prudens, et qui dulcis
eloquio maiora percipiet. Idem xviii. ca. Cum
obsecrationibus loquitur pauper et dives affabitur
rigide.
Isocrates in exortationibus. ca. ii. Esto quidem modo suavis
verbo non factus. Est autem suavitas, quod saluta-
re occurrentes, facere non loqui eos lepidibus
verbis.
Ihesus filius Sirach in Ecclesiastico. ca. v. persequatur
te verbum pacis et iustitie. Idem vi. ca. Verbum
dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos.
lingua graciosa in bonos homines abundat.
Ovidius de arte amandi libro ii.
Asperitas odium, sevaque verba movet.
Paulus ad romanos xii. Benedicite et nolite
maledicere.
Cato. ca. primo. Saluta libenter. blandus esto.
Versificator fabularum exopi xxxviii. fabula.
Dulcia pro dulci pro turpi turpia reddi
Verba solet. odium lingua fidemque parit.
Bernardus libro de approbatione morum. ca. iii.
Gratus vir quecumque lingua placare solet.
Henricus samariensis libro ii.
Stillet in ore favus, sed mente resultet oliva.
Et nec sit totus sensus in ore tuus.
Factaque si desit, non desit verba benigna.
Nam multos caros, mellea lingua parit.

Gualfredus in poetria. ca. C. viii.
Mores et vita coheret
In manibus lingue.
Ricardus iudex venusinus. libro de pertractatione
nuptiarum. ca. viii.
Pacem sermo bonus gignit, et gaudia mestis
Cordibus infundit tristitiamque parit.
Ignis aqua verbis bonis extinguitur ira.
Sermo bonus quamque magis quam fera perorat.
Nil sermone bono gratius esse solet.

De locutione aspera vel rigida et de verbis malignis ac conviciis. ca. xiii.

Psalmista psalmo. Quorum os maledictione et ama-
ritudine plenum est veloces pedes eorum ad effun-
dendum sanguinem. Idem xxxiii. psalmo. Quis est
homo qui vult vitam et diligit dies videre
bonos prohibeat linguam suam a malo, et labia sua
ne loquantur dolum. Idem C. ab auditione ma-
la non timebit iustus. Idem psalmo C.v. vir
linguosus non dirigetur in terra.
Salomon in proverbiis. ca. x. Qui profert contumeliam
insipiens est. Idem xiiii. ca. labia iusti conside-
rant placita et os impiorum perversa. Idem xv.
ca. os impiorum abundat malis. Idem xvi. ca.
In labiis impii ignis ardescit. Idem xvii. ca.
Malus obedit lingue inique.
Isocrates in exortationibus. ca. ii. Verbum cum decimonia
non accipies.
Aristoteles Ethicorum libro iiii. ca. viii. Convitium
contumelia quedam est.
Cronica de vitiis philosophorum. ca. iii. scilicet de Solone.
Solon qui fuit unus de septem sapientibus
ait ne mala loquaris. Idem iiii. ca. scilicet de Chi-
lone. Chilo lacedemonius qui fuit unus de vii.
sapientibus iubebat non esse maledicendum proximis
aut audire quis tristetur.
Ihesus filius Sirach in Ecclesiastico. ca. ii. Ve labiis
scelestibus. Idem ca. ix. Terribilis est in civi-
tate sua vir linguosus. Temerarius in verbo
suo odibilis est. Idem xxi. ca. Obiurgatio
et iniurie annullabunt substantiam. Idem xxii. ca.
Qui conviciatur amico dissolvit amicitiam. Ante
ignem camini vapor et fumus ignis exala-
bitur, sic et ante sanguinem, et contumelie et
minae. Idem xxiii. ca. Homo assuetus in verbis
in proprii in omnibus diebus suis non erudietur.
Idem xxvii. ca. Generatio peccatorum odiosa
et risus eorum in delictis peccati.

maledicti